(s. vorherg. Seite?)
Tot scelerum morbis totus pene subiacet orbis
(24 Verse u. e. Vers., d. d. Pent.-fehlt) a. versch. Laster bez. u. a. sodom.

De virtutibus earumque contrariis
Uirginitas flos est (6 Verse)

Est ratio cur pars altaris dextera uisse (5 Vers.)

Magister ad discipulum suum
Si preceptorum asper est tibi cura meorum
Stilus (16 Vers.)

D. folg.:

(56 R/V) DE UIRTUTIBUS : Rhythmus in Canzo. (Conlat prosa fol.)

Prudens iustus continens magnanimus
quadratus ad normam virtutibus.
ad vicia non vergit uolubilis.
in modum meditullii stabilis.
quo uel ruinam uitet insanie
uel defectum contempnat ignauie.
Est prudentis uiri priuilegium
nil magni ducere transitorium.
dignitates rerum naturaliter
perpendere non opinabiliter.
se non rebus sed res sibi subdere
de incertis nil finite dicere.

Prudens prout rerum casus postulat
sui compos tempori se commendat.
Semper idem uiam uadit regiam
non diuertens ad leuam uel dexteram.
ut manus que in palmam extenditur.
eadem est cum in pugnum stringitur.
Prudens nullo pacto torpet otio.
non remissus non solutus animo.
consolatur. suadet. monet. precipit.
cordis lingue friuola non recipit.
parce laudat. parcius uituperat.
scit qua uia quid aggredi debeat
Est prudentis competenter animus
distributus trifidis temporibus
in presentium intelligentiam.
in preteritorumque memoriam.
in subsequentium prouidentiam
que constituunt simul prudentiam.
Est prudentis nec falli. nec fallere.
ueri simile. non statim credere.
que in ante ualeant contingere.
animo uniuersa proponere.
ut mala ne deiciant tolleret.
atque bona ne extollant temperet.
Vir discretus si quid artis retinet.
nec molestum nec ignotum reddit.
tradit prompte sine arrogantia.

4.38.

(Wort u. S. auf; 56 v/ post Passio S. Christine s. XII–XIII)